1765. die Sabbati decima octava m̃is Maij

Coram Ill. J.C. et Advocato D. Don Petro Georgio Gatti Pret.^e Civitatis Nov.^e

Compareant Nobb. DD. J.C. Don Gaudentius, ac Fratres de Scolariis habit. Loci Mattiati superioris seinij salv. et reser. quibusvis eorum juribus, et maxime salvo jure, et cum protestat. omnium damnorum et expensarum nec sese adstringen. occas. vero, et in termi. citatis legime emiss. et intimat. ex ord.^e quo supra, et ad Instan. dict. D.D. Comp.^{tum} J.C.D. Josepho Paganino habit. pntis Civit. tenoris, et effectus ad videnda proponi quascumque exceptiones et produci quaecumque jura, quas proponere, et quae produ- cere respue voluerint in ass. Causa inter dictas Partes et coram ut s.^a verten. occas.^e de qua, et pro ut in actis, et pro ut latius ex d.^{ta} citat.^e, quae cum relatione illius intimat.^{is} producitur parat. accu.^{do} q.^{iam}

Et occas.^e pred.^{ta} d.^{ti} Nobb.^{es} D.D. Comp.^{tes} satisfaciendo primae parti d.^{tae} eorum citatis dicunt, opponunt, ac exci- piunt de manifesta nullitate ac injustitia omnium in actis ex ad.^{ro} deductorum et potissimum eorum, quae per dictum D. Ad.^{um} deducta fuere in ejus Comparitione diei undecimae curr.^{tis} m̃is Maij, non solum ex ra- tionibus, et causis gnlibus, quae hic verum ea et si- gnanter ex infrascriptis

Et in primis hallucinatur Pars adversa, quod ex ass. documentis ab ad.^{ro} in actis productis probatum dici valeat locum non esse compensationi p d.^{tos} D.D. Comp.^{tes} exposite ass. credito d.^{ti} D. Ad.^{tis} uti successi in juribus n. q.^m Caroli Massaroni, quod a favore dict. D.D.

Compl.^{ti} deficiant extrema habilia compensationis. Etenim cum ex una parte d.^{ti} D.D. Compl.^{tes} debitores evaderent erga dictum Massaronum ob ap. evictionem de qua in actis, et ex alia parte d.^{ti} D.D. Compl.^{tes} ejusdem Massaroni creditores existerent causa censuum decursorum ab anno 1746. in antea, ut jam in actis demonstratum fuit, negari equidem nequit quod pretium ap. fundi evicti compensari debeat cum d.^{tis} censibus decursis, et non solutis, potissimum cum pro d.^{tis} censibus hipotecata, et obbligata remaneant bona d.^{ti} Massaroni prelative ad credita d.^{ti} J.C.D. Ad.^{ris} posterioris Creditoris d.^{ti} Massaroni, ut ictu oculi apparet collatis hinc inde documentis in actis productis. Et quamvis diceretur, quod ideo compensatio isthec intrare non valeat, eo quod d.^{tus} D. Ad.^{nus} jus acquisiverit ad bona d.^{ti} Massaroni vigore ap. arbitralis sent.^{e} per J.C.D. Petrum Francum Duellum late usque de anno 1741. 9. Januarii pret. occas.^{e} concursus Creditorum per dictum Massaronum introducti, et creditum dict. D.D. Compl.^{tium} ex causa censuum de quibus s.^{a}, ortum habeat ab anno 1746., et adversus d.^{tum} Massaronum, vel possessorem fundi emphiteutici, contra quem tantummodo promoveri possit creditum pred.^{tum}, parum facesseret; p.^{mo} quia licet Massaronus cesserit quidem non solvere annuos census ab anno 1746., nihilominus cum conventio, seu investitura emphiteotica secuta fuerit diei 28. Aprilis anni 1734. pret. a d.^{to} die, et anno suum mererunt tempus jura dict. D.D. Compl.^{tium} pro Censibus quoque

tempore in futurum decurrendis super Bonis, et juribus
pref.ti Massaroni, ut liquido constat. Hinc licet non Massa:
ronus modo, sed J.C. D. Paganinus Ad.us creditor sit erga
d.tos D.D. Comp.tes pro ass. evictione p Massaronum passa,
cum D. Ad.us tamen in locum Massaroni successerit, ejusque
jura metiatur, sed posteriora credito dict. Comp.um, evidens
resultat ratio favore eorumd. Comp.um pro retentione
pretii dictae evictionis compensandi cum Censibus decursis
adhuc sibi p Massaronum, vel in istius bonis debendis.
Praeterea ass. arbitralis sententia J.C. Duelli, super qua
maximum fundamentum ponit J.C. D. Ad.us, parum officere
valet juribus dict. D.D. Comp.um, eo quod in primis non
constat fuisse q.m D. Philiberto Scolario, vel d.tis D.D.
Comp.bus ejus filiis intimata, vel aliter p eum, seu eorum
aliquem acceptata, qua consideratione attenta flocci
faciunt adversaria argumenta, ut ostendat. p d.tum
laudum vim habere in odium dict. Comp.um rei judicatae, et
in judicatum transactae, pro exclusione emphiteusis, ex
qua originem trahit creditum Comp.um cum ass. ex ad.so prae:
:tensa evictione compensandum. Et quidquid sit quod d.tus
D. Philibertus Scolarius accesserit ass. judicio concursus
p Massaronum promoti, vel quod fuerit citatus, quodve
eum sua excaraverit partes (cum in actis ex ad.so pro
ductum fuerit tantum ass. laudum absq. praecedentibus actis)
nihilo tamen secius operari nequit d.tum laudum etiam
sine intimat.e, vel acceptat.e in praejudicium dict. D.D. Comp.um
quibus ubi in d.to laudo lesi fuissent, post illius intimat.m
patebat via ad Ex.mum Senatum recurrendi pro ejusd. revisio:
ne, quam petere certe non poterant, antequam sive D. Phi:
:libertus, sive ejus successores de Scolariis notitionem habuissent

FONDAZIONE MARAZZA

de dicto Laudo media illius legitima intimatione

Praeterquamquod occurrit est observandum, quod non obstante d.to Creditorum Concursu, ac etiam post d.tum asp. Laudum videtur D.nus n. q.m Masparonus cum eis Creditoribus contrahere, et convenire, ut antea solebat, prout demonstrant illa eadem docum.ta ex ad.o in actis producta, hinc Laudum pred.tum nil aliud egisse, quam ad excitandas, et promovendas inter Masparonum et nonnullis ex ejus Creditoribus transactiones, seu conventiones, quae inter eos videntur postmodum initae, ita ut et inter eos, quibus hujusmodi asp. Laudum acceptare forsitan placuit, parum, aut nihil virtutis, et effectus habuisse compertum est. Quomodo ergo absq. illius intimat.e seu acceptat.e afficere debet D.D. Compt.es, ex eoq. deduci valet argumentum, vel insubsistentiae emphiteusis, vel praescriptionis adversus d.tam emphiteusim, vel impositionis perpetui silentii in d.to asp. Laudo declaratae, sicq. habere debere vim rei judicatae, et in judicatum transactae.

Caeterum quomodo ex ad.o asseratur resultare defectum Crediti effingendo retrocessione Perticarum viginti quattuor p n. q.m d.ni Masparoni facta favore d.i n. q.m D. Philiberti Scolari de anno 1724 de perticis in totum triginta in emphiteusim concessis d.to Carolo Masparono relictis favore d.i Masparoni perticis sex liberis, et absolutis ab omni nexu emphiteusis, et quomodo hoc ipsum probetur ex docum.tis eqquidem in actis p D. Ad.te productis nullo modo constat, nec ulla quamvis minima mentio fieri videtur ac proinde quidquid ex hujusmodi facto deduci placuit dicto J.C. D. Ad.i, corruere per se patet, cum insubsistenti, ac non probato supposito innitatur

Nec aliqd negotium facit, quod p D. Ad.te deniq. relevatur, ex eo qd adita p D.D. Compt.es hereditate d.i q.m D. Philiberti Scolarii eorum genitoris cum benef.o legis, et inventarii, instituteq.

FONDAZIONE MARAZZA

Judicio gnlis Concursus Creditorum citato ex D. Ad.te nihil
d.ti D.D. Comp.tes opposuerint adv. petitioni p d.tum D. Ad.tem factæ
pro reintegratione evictionis d.tæ petiæ terræ de qua in actis,
quasi quod ex hujusmodi silentio induci valeat extinctionem
emphiteusis, nullumque creditum habuisse d.tos D.D. Comp.tes erga
d.tum Massaronum compensabile cum importantia d.tæ evictio:
:nis - Imo cum secuta fuerit sent.a graduatoria, nihilque de
hujusmodi credito locuta fuerit, videtur juxta sensum adver:
sarium locum non esse petitæ p d.tos D.D. Comp.tes compensationi.
Verum licet primo obtutu videatur vim aliquam facere posse
ejusmodi argumentum, nihilominus illico destruitur, si
perpendatur tantummodo tempus, ex quo introductum fuerit
præd.tum Judicium gnlis Concursus in hereditate, et bonis n.q.m D.
Philiberti Scolarii, et tempus, quo origine habet creditum
D.D. Comp.ium erga d.tum Massaronum ex causa non factarum
præstationum, sicque statim dignoscetur, quod extemporanea
fuisset oppositio adv. petitioni d.ti D. Ad.ti, nulloque modo ferenda.
Etenim præd.tum Judicium gnlis Concursus promotum fuit ante
annum 1746., ut ex sent.a graduatoria apparet lata sub
die 2.da Junii d.ti anni 1746., creditum vero dict. Comp.ium
ex causa censuum decursorum, et non solutorum nascitur a d.to
anno 1746. inclusive in antea, quo cepit Massaronus
deficere in solut.e dictarum annuarum præstationum, quapropter
licitum non erat ante d.tum annum d.tis D.D. Comp.tibus sese
opponere ratione dict. præstationum, nec adversus dictum
Massaronum, nec adversus quemque alium pro reintegrat.e
d.tæ evictionis agentem, cum de eo tempore nullum ei erat
creditum compensandum.

Quare ex his, et aliis latius &c d.ti Nobb. D.D. Comp.tes petunt,
et Inter requirunt a præf.o Egr. D. Pret.e, pro ut in actis
p eos petitum fuit, imo omnis, ex p omis et pro ut melius &c
secus &c

Satisfaciendo ante 2.dæ parti d.æ ceterisque citatis pref.i D.D. Comp.ti
exhibent, et producunt, et in actis p. congruum tempus
dimittunt jura, et docum.ta infrafacta vid.

Instrum emphiteusis Prati, de quo in actis p. Nob. D. Don Ca-
rolum Philibertum Scolarium factæ favore d.ti q.m Caroli Masa-
roni, assumpta p. d.m Masaronum perpetua obligatione
solvendi domino directi annuas libras vigintiquinq. Impp.
recepti p. n. q.m Not.m Nov.e D. Ant.um M.a Maddium, et extracti
p. J.C. et Not.m D. Carolum Bartolomeum Duellum diei 28.
Aprilis 1734. pref.

Item sententiam graduatoriam latam in Jud.o generalis concursus bonorum
et hereditatis n. q.m Nob. D. Philiberti Scolarii p. Nob. D. Don
Carolum Cattaneum Consulem Justitiæ Civitatis Nov.e de voto
Exc. J.C.C. D. Don Marci Aurelii Vespolati diei 2. Junii
Ferverius C.C. et spirit anni 1746. pref.

Item relationem extimationis factæ p. D. Franciscum M.a de Zoppis
Peritum ut in actis electi a pref.is D.D. Comp.bus de valore
petiæ Terræ de qua in actis sub die 24. m.is Maji
anni 1764. prox. pref.

Item omnia alia jura ad rem, et causam facientia in solis Ter.
ac citra.

FONDAZIONE MARAZZA